





Kern 86
(1-54; a-g)

(77)

CONSPECTVS

L A B O R V M

QVIBVS

PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCXXXVI.

OCCVPABVNTVR

PRO-RECTORE
D. FRIDERICO WIDEBVRG,

PHILOSOPHIAE ET ELOQVENTIAE IN REGIA FRIDERICIANA
PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO.

LECTIONES

Pro-Rectoris, Directoris & Cancellarii.



D. FRIDERICVS WIDEBVRG h.t. Pro-Rector, ab XI. XII. in Principia Iuris Publici Imperii Germanici IO. IAC. MASCOVII: a III. IV. in systema historiae imperii BYR. GOTTH. STRUVII: a IV. V. in SAM. FV. FENDORFII introductionem ad historiam vniuersalem regnorum ac rerum publicarum Europae, commentabitur, & si quid ab occupationibus academici Consulatus supererit otii, lectiones addet in descriptionem antiquitatum Romanarum PETRI BYRMANNI, nec non in IO. SCHEPFI libro de Scilo eiusque exercitiis. Initium facturus finitis nundinis Lipsiensibus.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER IC. aetatis rationem habendam esse censuit, quae non permittit, vt ultra vnam alteramue horam quotidie praelectionibus hibernis vacare possit. Quo circa, instante semestri, hora IX. priuatis curis *institutiones* suas iuris canonici illustrabit, & si quid virium adhuc supererit, illud in argumento quodam huius doctrinae illustris publice hora III. explicando impendet, quod mature indicabit.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF, ante meridiem hor. XI. & post meridiem hor. III. tradet *Ius naturae & gentium*, duce GROTIO in praeclaro opere de Iure belli & pacis, quod inter gentes Europaeas auctoritatem nactum est, in gratiam eorum, qui solidam ac probatam doctrinam curae cordique habent. Hor. IV. explicabit *Physicam dogmaticam* ex genuinis principijs causas rerum naturalium demonstraturus.

LECTIO,

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS praeter confuetas lectiones paraeneticas in Ideam Studioſi Theologiae & tractationem aſceticam Epistolae ad Galatas, Ioannis epistolae hor. IX. interpretabitur.

CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS publice hora III. a meridie Esae principis prophetarum V. T. oracula ex fontibus Ebraeis; priuatim vero hora IX. ante meridiem, idque per hiemalis semestris dimidium prius, sanctam Apocalypſin Ioannis ex Graecis interpretabitur fontibus.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN b. c. D. horam VII. scholis dogmaticis; hor. XI. *antitheticis*; hor. III. diei. lun. & martis *exegeticis*, reliquorum dierum *symbolicis* destinavit: publice autem hor. VI. finitis *hermeneuticis* & *litterariis homileticis* aperiet.

BENEDICT. GOTTLOB CLAVSWITZ, hor. IX. in exponendis doctrinis Theologiae dogmaticae fundamentalis perget. Publice hora X. finita epistola ad Hebraeos in Epistolam ad Galatas tractatione exegetica commentabitur. Hor. III. *Pericopae euangelicae* confucta methodo ad vsum sermonum sacrorum transferre docebit. Vacabit etiam aliis horis *Institutioni Homileticae priuatissimae*: & exercitationes confuetas disputationum continuabit.

IO. HENR. CALLENBERG publice hora II-III. priorum hebdomadis dierum *Ezechielem* ex sermone Ebraeo interpretabitur; hora I-II. sexti diei *historiam* Theologiae *litterariam* tradet; continuabit etiam theologiae *antiudaicae* exercitamenta.

IO. GEORGIUS KNAPP 1) historia eccles. N. Testam. ad finem perducta, historiam ecclesiast. V. Test. explicabit. 2) alia hora vel epistolam apostolicam grauiorem, vel dogmata sacra explicare constituit. 3) Denique epistolam quoque apostolicam aſceticae tractabit. Horas commodissimas desinit in tempore.

I V R I D I C A E.

D. IAC. GABR. WOLF publice, hora VIII. quatuor per hebdomadem diebus, *HEINECCI* elementa iuris ciuilis, *secundum ordinem institutionum* adornata; priuatim, hora IX. *STRVVI* iurisprudentiam Romano-Germanicam *ſoerſenſi*; hora XI. **V. CLIO. IAC. MASCOVII** principia iuris publici Imperii Romano-Germanici; denique hora III. *elementa sua iuris feudorum, tum prouincialium, tum Imperialium*, (quae in bibliopolio orphanotrophi prostant,) vberioribus commentationibus suis diligenter illustrabit. *Initium* finitis nundinis Lipsiensibus, die 17. mensis Octobris, facturus.

CAROL. GOTTLIEB KNORRE omni fide & industria interpretabitur hora XI. *Institutiones Iustinianas* duce *HEINECCIO* in *Elementis Institutionum* hora X. & II. vero *Pandectas Ludouicimas*. Rogatus quoque aperiet Collegium Practicum Laboratorium ad ductum *der gründlichen Anleitung zum gerichtlichen Proceß* simulque elementa artis reſtoratoriae tradet.

IO. GERARDVS SCHLITTE semestri hoc hiberno Collegium *Textuale* in *Institutiones Iustinianas*, nec non Collegium *Pandectarum* aperiet, duce **B. LVDOVIC. CI** in *Doctrina Pandectarum*, de horis hisce Collegiis impendendis e valuis publicis **Dnn.** Auditores admoniturus. *Initium*, DEO propitio, fiet finitis nundinis Lipsiensibus, d. 17. Octobr.

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER finitis nundinis Lipsiensibus hora VIII. *Elementa sua iurisprudentiae criminalis*, hora X. & II. **Dn. PARENTIS** *Pandectarum*, hora XI. **B. HEINECCI** *Elementa Institutionum*, hora denique III. **STRVVI** *ius feudale* interpretabitur, neque is, si per vires & labores licuerit, defuturus, qui eundem de collegio *examinatorio ad Pandectas* inchoando rogarunt.

MARTINVS SCHMEIZEL publicos labores infra suo loco designabit; *Priuatim* hor. IX. **SECKENDORFFII** *teuſſchen Fürstenthaat* explicabit; XI. **V. CL. MASCOVII** *Principia Iuris Publici* denuo adgredietur; III. *Librum suum Einleitung zu denen Europäischen Staaten* vberius explanabit.

IO. TOBIAS CARRACH 1ct. priuatim 1) exponet *hora VIII. matut. PERILVSTR. BNI BÖHMERI* Tractatum de *Affionibus*, 2) ad **HEINECCI** Elementa *Iuris Naturae & Gentium* *hora IX.* commentabitur, 3) & *hora XI. EIVSDEM* Elementa *Iuris Ciuilis Ordine Institutionum*, nec non 4) Elementa *Iuris Ciuilis Ordine Pandectarum* *hora X. iuncta II. pomerid.* interpretabitur. 5) Collegio autem *Præfuali* elaboratorio qui cupiunt interesse, vt ante collegii initium nomina sua dent, humanissime rogantur. 6) De collegio publico examinatorio ex valuis publicis dicit.

DANIEL NETTELBLADT publice hor. I-II. singulis saturni diebus in sua Praecognita vniuersae eruditionis generalia & in specie Iurisprudentiae tam naturalis quam positivae; priuatim hor. IX-X. in suum systema elementare vniuersae Iurisprudentiae naturalis, hor. XI-XII. in V. C. **SCHMAYSSII** Compendium iuris publici, hor. III-IV. in partem secundam **SCHAVMBURGIANI** compendii iuris digestorum, hor. IV-V. in V. C. **WOLFFII** Elementa iuris feudorum; priuatissime hor. X-XI. & II-III. in suum systema elementare vniuersae Iurisprudentiae positivae communis Imp. R. G. vsui fori accommodatum, commentabitur.

M E D I C A E.

MICHAEL ALBERTI. Tempore publicis praelectionibus destinato Morbos Virginum pathologico-practica tractatione explicabit. Priuato studio *Physiologiam & Pathologiam* inchoabit, horis a. m. IX. & X. m. Proinde *Praxin vniuersalem* eamque specialissimam iudicio vsu a II. ad III. p. m. singulis diebus tradet.

IO. IVNCKER chirurgiae fundamenta, quae ad vlcera vsque pertractata sunt, publicis lectionibus continuabit. Priuato autem studio exercitia practico-clinica cum prouectionibus adduplicabit: videlicet hora tam octava quam decima aegros examinando & absolueno tempus ita ponere constituit, vt fundamenta simul medica repetatur, & qua ratione morborum therapia iisdem superstruenda sit, doceatur.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis lectionibus singulares *gravidarum, puerperarum & infantum morbos* pathologico-practice pertractabit. Priuatim *hora VIII. ad IX. Semologiam*, *hora XI. ad XII. Praxin specialem* & *hora I. ad II. methodum praescribendi formulas*, debita cum addidit & perspicuitate explanabit.

FRIDERICVS HOFFMANNVS. Publice *hora IX-X. physiologiam*, priuatim vero *hora X-XI. pathologiam* in medicinae systematicae **Beati PARENTIS** compendium praeleget, *hora IV-V. collegium* in materiam medicam inchoabit. Initium harum lectionum erit finis instantibus nundinis Lipsiensibus.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER priuatim *hora VIII. matutina* in **Cel. HEISTERI** compendium institutionum medicarum praeleget, *horaque IX. ad XI. praeparationes anatomicas priuatas*, & si qui desiderauerint, priuatissimas instituet. Praeterea *hora III. omnem operam tam in exponendis ossibus, quam demonstrandis reliquis corporis humani partibus* collocabit.

P H I L O S O P H I C A E.

CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS *hora IX. ante meridiem*, per alterum hiemalis semestris dimidium, auditoribus ad legendas tum paraphrases Chaldaicas tum commentarios Rabbinicos dux erit, vsurus in hunc finem **Hosea** illustrato, qui **Helmstadii** proditit: *hora vero X. doctrinam de Accentibus Ebraeorum* docebit.

MICHAEL ALBERTI. Posteaquam doctrinam de Metallis absoluit, nunc publica explicatione de *Salibus physica* contemplatione differet, insuper vsum eorum Chymicum atque Medicum demonstrabit.

IOANNES IOACHIMVS LANGE, Math. P. P. O. Publice hor. 4. *Mathesin puram*, h. e. *Mathesin vniuersalem, Arithmeticam, Geometricam & Trigonometricam* docebit: priuatim hor. 2. *Mathesin applicatam*, disciplinas nempe *Mechanicas, Opticas, Astronomicas*, eum *Architecturam Ciuili & Militari* explicabit: *Physicam dogmaticam & experimentalem* ad ductum Elementorum suorum philosophiae naturalis *hora 1. tractabit. Historiam naturalem* siue systematicam recensionem corporum naturalium per tria regna ad ductum *Linnaeani systematis & proprii Musaei die saturni horis 1-3. exponet. Mineralogiam Metallurgicam* secundum considerationes physico-chemicas, mechanicas,



cas, pyrotechnicas, ita proponet vt metallifodina & fossorum labor *das Bergwerk und der Bergbau* explicetur, additis praecipuis laboribus docimasticis & metallurgicis. *Algebra* desiderantes in tempore mentem suam de constituenda hora exponant.

MARTINVS SCHMEIZEL, absolutis doctrinis *publicis*, quibus occupatur, librum suum: *der rechtschaffene Lehr- und Hoffmeister* illustrabit: Priuatim hora VIII. *Geographiam*; IX. *Historiam iuris*; IV. *Germaniae*; V. *Hist. Philosophicam*; VI. *Historiam Eruditionis Vniuersae*, a se publicatam, interpretabitur.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER, publice eam *Physices* partem, quae *Meteora* complectitur, speciatim explicabit; priuato autem studio manuactionem ad exactiorem cognitionem *fossilium*, *mineralium* ac *metallorum*, iis, qui in hac parte *Historiae naturalis* operam quandam collocaturi sunt, suppeditabit, diesque ac horas laboribus hisce destinatas finitis nundinis indicabit.

DANIEL STRAEHLER docebit 1) *Logicam suam*, 2) *Metaphysicam*, 3) *Ethicam* & *Ius naturae ethicam*, 4) in *lectionibus mathematicis* perget.

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS per instans semestre hibernum, hor. II-III. alteram *Cursum philosophici* partem, duce S. R. WALCHIO, hora III-IV. *Philosophiam rationalem & moralem*, praecunte B. HEINECCIO; hora IV-V. *Metaphysicam* praeleget ad ductum thesum suarum. Nec illis deerit, qui *differendo* ingenii vires periclitari gestiunt.

IO. HENR. CALLENBERG linguae *Arabicae* institutionem impertiet; & locos *Rabbinicos*, quibus dogmata nonnulla religionis christianae confirmantur, libellis certis comprehensos, explicabit, *idiomatis iudaico-germanici* simul instituens exercitationem.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ, Deo clementer adnuente, *publice oeconomiam cybanam* pertractabit. Priuatim *Ius naturae* ad ductum KOELLERI, nec non *Logicam & metaphysicam*, faciem praefereute Per-illustri Dno Cancellario, L. B. de WOLFF, docebit, in peculiaribus horis cuius scientiae consecrandis. Addet praefectiones curiosas in *novi foederis libros*, intra semestre hibernum ad finem perduendas.

EXTRAORDINARIAE.

D. HENR. BASS *Osteologiam* continuabit publice diebus mercur. & saturn. hor. X. Priuatim 1) praeleget *Collegium Anatomico-pathologicum*. hor. XI. 2) *Chirurgiam Medicam* hor. I. & 3) *Collegium Practicum cum cautelis* hor. IV. Initium *lectionum* erit 17. Octobris.

IO. GOTTLÖB KRÜGER publice hor. 1-2. d. mercur. *curiosa* quaedam *experimenta physico* instituet. Priuatim hor. 9-10. *mathefin puram* duce perillustr. L. B. de WOLFF demonstrabit. Hor. 10-11. *systema proprium physices dogmatico-experimentalis* denuo explicabit. Hor. 2-3. *Collegium logico-disputatorium* in gratiam *studiosorum medicinae* inchoabit. Hor. 11-12. & 4-5. in *institutiones* Cel. BOERHAAVII commentabitur, operamque dabit vt *vniuersae medicinae* solidam acquirant auditores notitiam.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestre hyemale *Physiologiam* publice praeleget. Priuatim vero RAII *Historiam Plantarum* illustrabit. Initium harum *lectionum* ex valuis erit indicandum.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, Ph. Pr. *lectiones* suas oratorias aequae *publicas*, ac *epistolicas priuatas* diebus horisque consuetis sedulo continuabit ferie haud interrupta; Bene autem dicendi, praecunte GOTTSCHEDIO, literasque ad amussim NEYKIRCHII rite conficiendi artes, horis cuique *Dominorum Communitonum* aptissimis, finitis *Lipsienium feriis* nundinalibus, denuo redauspicabitur priuatim; Nec deerit iis, qui *intra* ruminari discipient, aut *carmina, orationes, epistolas &c.* seorsim ab eo desiderabunt.

P. P. die XXVI. Septembr. MDCCXLVI.

Halae Magdeburgicae, TYPIS HENDELIANIS.



CONSPECTVS LABORVM

QUIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCCXXXVI.
OCCVPABVNTVR

PRO-RECTORE
D. FRIDERICO WIDEBVRG,
PHILOSOPHIAE ET ELOQVENTIAE IN REGIA FRIDERICIANA
PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO.

LECTIONES
Pro-Rectoris, Directoris & Cancellarii.



D. FRIDERICVS WIDEBVRG h.t. Pro-Rector, ab XI-XII. in Principia Iur-
ris Publici Imperii Germanici et
historiae imperii BVRC. GOT-
FENDORFII introductionem
rerum publicarum Europae, co-
bus academici Consulatus super
antiquitatum Romanarum PETI-
FERI librum de Silo eiusque exercitiis. I
fibus.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMEI
sunt, quae non permittit, vt ultra vnam al-
hibernis vacare possit. Quo circa, instante
tiones suas iuris canonici illustrabit, & si quid
mento quodam huius doctrinae illustris publi-
mature indicabit.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF,
hor. III. trader *Ius naturae & gentium*, duce co-
li & pacis, quod inter gentes Europaeas auto-
qui solidam ac probatam doctrinam curae con-
ficam dogmaticam ex genuinis principiis cau-

